



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniae, 1657**

§. 172. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo. v. 11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

accusare ægrè ferentes Herodem alienis quæstionibus tempus terere; sed de quibus eum accusabant malitiosi isti Principes, licet S. Lucas nihil dicat; tamen aliqui conijciunt, quod accusabant eum dicentes; *Quod ipse esset pater tronis Ioannis Baptiste occisi; cumque coram populo extulisset in celum & canorasset: quodque ex Gallilæa homines, ad Romanorum territorium, in Iudæam lapsus & multum abduxisset; & sic regnum Herodis diminuisset, etiam ab officinis & labore homines ad ambulatoriam mendicatio viuendi formam adduxisset &c.*

**E**la Domine, largire mihi hanc gratiam, vt patienter feram, si mihi calumniæ, notoriæ falsæ, obuenant, siue ab hominibus contemnari, siue propuero vel minimo habear; semper sub tua profundissima humilitate tales æquo animo accipiam: si enim me ipsum ita perdidero inter homines propter te; certus ero, quod & in te me ipsum perpetuo inuentam, Amen.

§. 172. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo. v. 11.

Ex quadam indignatione animi, & furore turbatus, quod sibi respondere noller, coram tot proceribus astantibus & Pontificibus ad interrogata sua: & ne verbum quidem proloqui quo silentio turpiter se victum indignabatur Herodes, vnde spreuit eum à quo sperni videbatur: habens eum tanquam fatuum, qui vitam suam negligeret; qui Regi eum eripere cupienti: nullum honorem haberet cum exercitu; id est parte copiarum; quas metu Pilati Hierosolymam conduxerat: aut cum omni comitatu satellitum & aulicorum: qui solent mores Principis imitari, qui ei obiecebant, Christum nihil scire, nihil posse: mendacem esse, ventilatorem, hominem simplicem, fatuum; fabri filium: & quidem ex Nazareth, Regem imaginarium, Philosophum non re ipsa: indoctum illusorem, impostorem, ex dæmonis virtute operantem: & nisi hoc esset, vtique operaretur quid signi in consessu Regiæ suæ maiestatis & Pontificum & totius aulae procerum,

§. 173. Et illudit. v. 12.

Coniitijs, probris, varijs modis scenicis, vexationibus, scommatibus, quantum in exercitu toto, vbi plurimi scurræ & ardeliones, nihil illudicium ignorantes, solent reperiri, fuit inuentum,

**P**le & exorabilis Deus, imploro pietatem tuam, per virtutem humilitatis tuæ & silentij huius admirabilis: repelle à me omnem cupiditatem honoris mundi, omnem elationem & ostentationem: arroganciam & præ-